



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hora II. Conversatio Sacerdotalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

H O R A II.

CONVERSATIO SACERDOTALIS.

I. Quibus hæc Conversatio incumbat.

Non solum curam animarum gerentes, verum etiam Sacerdotes simplices cooperari oporteret ad salutem animarum, quod teste S. Chrystostomo, operum omnium divinissimum est: neq; illis occasio & tempus deesse poterit, siue domi, siue foris, presertim si negotia secularia vitaverint, juxta Apostoli doctrinam 2. Tim. 2. Nemo militans Deo implicat se rebus secularibus. Idem & intelligendum de Religiosis vita activa aut mixta ex instituto suo addictis, Concionatoribus, Confessariis, &c.

Si igitur à prandio circa horam primam vel secundam exire & cum proximo conversari vacet & libeat: conversatio hæc instituenda est, non ad tempus, nimis pretiosum, fallendum, sed ad spiritualem proximi utilitatem, & salutem animarum, vel per modum visitationis amicorum, vel instructionis rudium, vel conversionis A catholicorum, vel reconciliationis dissi-

dentium

dentium, vel consolationis afflictorum, captivorum, infirmorum providendo & premeditando, quâ viâ, quibus discursibus aut mediis intentum fructum spirituales referas.

II. Qualis esse debeat conversatio Sacerdotalis.

I. Conversatio sit innocua & sancta, ad animas Deo lucrandas directa; in qua agatur ut plurimum de rebus spiritualibus vitenturq; detractiones, laesiones charitatis, aliive lingua defectus.

II. Sit prudens, ut cujuscunque status hominibus sermonem prudenter attemperet; nullum verbum imprudens excidat; nec de rebus etiam sacris ad satietatem vel nauseam tractet: sed more S. P. Ignatii, sermonis initia aliis concedat. sibi reservet extrema: & Patris Friderici Spee exemplo, saltem in discessu, si aliâ occasio desit, pium & premeditatum aculeum non sine fructu alterius cordi insigebat.

III. Sit amabilis & grata, qua animos delectet, devinciat, atque ad fructum referendum disponat.

IV. Sit

IV. Sit seria & gravis, ut Sacerdotem decet. Inter seculares, nuga, nuga sunt; in ore Sacerdotis blasphemia: ait sanctus Bernardus.

V. Sit angelica, ut volebat S. P. Ignatius: & quidni, cùm Sacerdos Angelus Domini exercituum sit, in conversatione, familiaritate cum Deo, prudentiâ, sanctitate, affabilitate & benevolentia Angelos imitetur; præsertim in punctis sequentibus.

1. Quemadmodum Angeli, quando homines custodiunt & ministrant; non desistunt ab assistentiâ; sed semper vident faciem Patris qui in cœlis est: ita Sacerdos agens cum proximo, mentem crebrò ad Deum eleuet, per puram intentionem ac preces jaculatorias: non enim minus ignis amoris divini, quàm naturalis identidem ad centrum suum tendere debet.

2. Sicut Angeli non nisi iussi & missi à Deo, descendunt ministratum proximo: ita Sacerdos non exeat ad conversandum, nisi vel per superiores suos, quos Dei loco habet, iussus; vel per inspirationes divinas motus.

3. Angeli etiam quando proximo ministrant, nihil de fervore charitatis & visione beatifica dependunt: Sacerdos ita curet salutem alienam, ut non perdat propriam, nec de perfectione, charitate, aliave virtute quidquam amittat, nec spiritalia devotionis exercitia consuetamittat.

4. Quemadmodum Angeli Custodes hominum commissis sibi clientibus, custodes regnorum suis regnis, civitatum suis civitatibus advigilant, nec alter alterius officio se ingerit: ita Sacerdotes quoque animabus sibi à Deo commissis invigilent, nec alterius officio se immisceant.

5. Sicut Angeli aequè diligenter & libenter ministrant vili mendicabulo atque Regi potentissimo: ita verus zelator animarum sine acceptione personarum aequè promptè auxiliatur omnibus.

6. Quemadmodum Angeli libentius adsunt, juvantque magis solati & opis indigos, ita strenuus operarius, auxilio, solatio, consilio promptius adest egenioribus, quales sunt parvuli, rudes, pauperes, agri afflicti & similes.

7. Veluti Angeli amore Dei succensi
simul

simul ardent zelo animarum, omnesq; homines cupiunt ad cœlum perducere, ut rebellium Angelorum ruinas restaurent: Ita Sacerdos Apostolicus desiderat convertere & cœlo inferre quotquot potest: ut suadebat S. Augustinus dicens: Si amatis Deum rapite omnes ad amorem Dei.

8. Angeli Custodes usque ad mortem Clientes non deserunt. Imitetur Zilotes, suisq; adsit usque ad mortem, ad quam pie obeundum eos dissonat: nec cesset laborare pro gloria Dei, quamdiu vires suppetunt, donec cum Elia igneo charitatis currum rapiatur in cœlum. Exemplo Christi, suos in finem diligat.

9. Angeli eadem alacritate & latitiâ per scalam Jacob ascendunt & descendunt: Sacerdos Apostolicus, eadem promptitudine per orationem, meditationem, aliâq; spiritûs exercitia ad Deum ascendat, quâ ad proximum juvandum descendit.

10. Angeli semper in pace & gaudio degunt, quocunque eventu imperturbabiles, solâ voluntate Divinâ contenti. Observet hoc Sacerdos, si laboribus strenuè impensis fructus non respondeat, de premio tamen suo certus.

III. Impedimenta zelum retardantia
& pericula.

I. *Impedimentum zeli animarum est nimis quietis, solitudinis & orationis amor. Hunc desiderio & amore salutis aliena tempera: cogitat tibi, ut Petro, à Domino dici: Petre amas me? pasce oves meas.*

II. *Impedimentum est horror difficultatis & laboris: excita te gustu divino & spe pramii: Vnusquisque enim mercedem accipiet secundum suum laborem.*

III. *Impedimentum diffidentia de gratia vocationis divinae & nimis ad vires proprias respectus: Dicat Sacerdos cum Apostolo: Deus operatur velle & perficere: omnia possum in eo, qui me confortat.*

IV. *Impedimentum metus morbi, alteriusve periculi corporalis aut spiritualis. Expendat dictum Christi: Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis: & vita quae propter charitatem periculo exponitur, per charitatem melius conservatur: novit Deus te protegere in periculis, ut Abraham in Chaldaea, Lothum in Sodomam, &c.*

V. *Impedimentum, laboris sterilitas.*

Seh

Sed excita te meditatione huius: Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum suorum: reddet autem, non secundum proventum, sed secundum laborem uniuscujusque. Planta, inquit S. Bernar. ad Eugen. riva, fer curam, & tuas explevisti partes: sanè incrementum, ubi voluerit dabit Deus; ubi fortè noluerit, tibi deperibit nihil.

Pericula quoque cavenda duo. Primum, ne zelus in amorem sensualem & vitium gula desectat, & vana ex esculentis & poculentis recreatiuncule querantur, quod vile nimis & abjectum est. Alterum ne affectus initio spiritualis paulatim degeneret in carnalem. Sape videtur esse charitas, & est magis carnalitas, ait Thomas de Kempis l. 1. c. 15. Hoc periculum graphicè depingit B. Angela de Fulginio, in vita c. 16. Quomodo paulatim amor evadat sensualis crescat, obnubilet, excacet, ad parva inducat, ac deinde in majora peccata precipitet.

IV. Motiva zelum excitantia.

I. **EXCITA** nonnunquam in re stacessentem zelum consideratione moti voris aeternorum, quorum primum est, gloria maxima Dei, & gaudium quod in conver-

sione animarum Deo & Angelis creamus. Magna festivitas Deo, humana salus: inquit Origenes, & lucrum Creatoris, salus creatura, ait S. Hieronymus. Quod si vel unicam animam laboribus tuis damnationi ereptam ad cœlum dirigas; quis capiat, quanta inde Deo gloria accrescat: major sanè, quàm ab omnibus mortalibus in hac vita precisè Deo parta fuerit: quid enim omnes in hac vita præstitere, finitum est, quod verò anima illa per te adjuncta in cœlo præstabit, æternum est; finiti autem ad infinitum nulla est proportio. Taceo quod impediās, æterna, quæ aliās in Deum evomuisse, maledicta; summòque eam beneficio afficias, dum illam ab incendiis æternis liberas, & æternis in cœlo deliciis, gaudiisq; beas.

II. Motivum alterum est pretiosissimum Jesu Christi Redemptoris nostri sanguis pro anima qualibet effusus. Quantum pretium, inde valorem unius anime estima. Hæc est tota anime dignatio, ait S. Bernardus: etenim valor rerum desumitur ex pretio; hinc animam appellat dignam sanguinis Christi compensationem.

Quis

Quis igitur labor durus videri debeat?

III. Motivum pulchritudo anima, de qua dicere solita S. Catharina Senensis: si quis eam videret, si posset, centies in die pro ea mortem oppeteret.

IV. Motivum: prater gaudium & letitiam; complacentiam & Gloriam, quam Maestas divina tota aeternitate in anima ista per te ad caelum directam habebit; quanta in te inde per totam aeternitatem redundabit letitia, gloria, exultatio? quas anima illa Deo salutis suae auctori, & tibi velut Dei instrumento aeternum rependet grates?

V. Praxis Conversationis.

I. **E**Xiturus ad conversandum ac fructificandum, Spiritus S. gratiam implora, ut linguam tuam dirigat, verba suggerat, auditores moveat, quod scopum tibi prefixum obtineas. Deinde si zelo animarum & amore Dei astuaveris, necesse non erit suggerere quid loquaris: nam ex abundantia cordis os loquetur: & cuiusque necessitas spiritualis opportunitatem & animam dabit, aut instruendi, aut consolandi, aut animandi.

II. Si

II. Si instructurus sis vel Patremfamilias, vel Matremfamilias, vel Juvenes aut pueros facile singulis apta documenta inculcabis. v. g. de servanda inter Conjuges charitate, pace, patientiâ, curâ domesticorum, amotione scandalorum &c. prolibus verò explicando mysteria fidei, hortando ad timorem Dei, horrorem peccati, honorem Parentum, fugam prave Societatis, &c.

III. Si consolaturus sis pauperes, afflictos ob damna temporalia, vel mortem charorum. Varia pro consolatione propones. 1. Nihil sine voluntate Dei evenire. Omnia à Deo optimo Patre in nostrum bonum ordinari. 2. Deum robar daturum, nec passurum nos tentari aut affligi supra vires. 3. Exemplum Christi patientis & Sanctorum. 4. Premium æternum pro momentanea tribulatione. 5. Tribulationes esse signa prædestinationis. 6. Omnia adversa leviora esse inferni tormentis toties promeritis. 7. Nullum in mundo esse absq; cruce. 8. Recurrendum ad vulnere Christi, ad B. V. &c.

IV. Si ex eas curatum morbos spirituales, vitia & peccata. Necessè est 1. More

medicorum primò cognoscere morbum, ab infirmo se aperiente. II. More S. Ignatii propriis armis hostem jugala, technis & fraudibus in ipsam conversis. III. Ipsam morborum spiritualium radicem evellere stude. IV. Instar medici mortuum infestiorum è pluribus primò aggredere, deinde minus infestos; sed paulatim, observando tempus opportunum, & nisi necessitas urgeat suaviora potius quam acerba medicamenta adhibendo, qualia sunt, 1. Oratio fervens. 2. Lectio librorum piorum, de Inferno, Judicio, & Eternitate. 3. Fiducia in Deum, Passionem Christi, B. V. 4. Crebra Sacramentorum usurpatio. 5. Abstinencia à peccato, primò per unum, deinde duos, deinde plures dies ad honorem SS. Trinitatis, B. V. &c. 6. Propositio pœnarum peccatis debitarum: Exemplorum & historiarum sacrarum.

V. Visitaturus captivos excitate cogitando Christo prestari, quidquid Incarcerato prestiteris: in carcere eram & visitasti me. Matth. 15. Deinde hortare. I. Ut agnoscat Providentiam divinam circa se, eiq; se submittat, cureturq; ut
fit

sit in statu gratiae; ut cum fructu carceris
 squalorem sustineat. II. Semper captivus
 sit occupatus, ne diaboli tentationibus ir-
 reriatur, proinde vel laboret si potest, vel
 Libros spirituales aptos legat, veloret ro-
 sarium, Litaniarum, aliisque. III. Muniatur
 contra tentationes; quarum prima esse so-
 let de molestia inclusionis, propone exem-
 pla Sanctorum Martyrum, Religiosorum,
 & commoda quae inde orientur. Secunda
 ex carceris foetore, vinculorum duritie;
 rursus oppone exemplum Christi & Sancto-
 rum, foetorem inferni, premium Paradisi.
 Tertia ex infamia: huic iterum occurre
 exemplo Christi, & SS. Martyrum, nihil
 faciendam, brevem infamiam apud homi-
 nes, modo famam bonam aeternam nancif-
 camur apud Deum. Quarta oritur ex odio
 eorum qui causa sunt incarcerationis: op-
 pone exemplum Christi orantis pro inimi-
 cis: ostende hos fuisse instrumenta divina
 iustitiae, quorum intentio licet forte fuerit
 mala, Dei tamen intentionem fuisse opti-
 mam: denique vindictam relinquendam
 Deo. V. Nascitur ex condemnatione ad
 mortem: sed exemplo Christi penitus se-

resignet : non mea sed tua voluntas fiat :
 Magistratus nihil faciet, nisi quod ab eter-
 no decrevit Deus : & prestat nunc bene
 preparatum obire mortem feliciter, quam
 postea fortè improvisò & infeliciter. IV.
 Ante fatalem sententiam frequenter visi-
 tetur, tentationes excimantur, ad Sacra-
 menta Pœnitentiæ & Eucharistiæ dispo-
 natur : & ad exhomologesin generalem de-
 tota vita. V. Post latam sententiam indis-
 catur ut eam velut de manu Dei suscipiat,
 gratiasq; agat quod præuisam mortem piè
 queat obire. VI. Die fatali rursum consti-
 teatur reus, indulgentias lucretur, promi-
 tantur sacrificia celebranda pro defuncto.
 In itinere ad supplicium prælegantur piæ affe-
 ctus & orationes. Conspectâ trabe fatali
 aut loco supplicii, animetur exemplo S. An-
 dreæ. Denique rogetur num quid adhuc
 conscientiam grauet ; num que tentatio
 impugnet : & verbis exquisitis animetur
 ad ultimam lætiam, omnibus ignoscat,
 actus fidei, spei, charitatis, contritionis, re-
 signationis eliciat, Crucifixum amorosè
 osculetur & pectori apprimat, atq; inter
 sacrorum nominum ingeminationem gla-
 dium

diuum aut laqueum suscipiat. VII. Post mortem à circumstantibus preces pro defuncto petantur, & fiant flexis genibus. Deniq; pro successu felici gratia agantur: Cognati invisantur pro solatio, quibus mors pia & christiana recenseatur, precesque pro anima defuncti ab eisdem rogentur.

VI. Visitatorus infirmos, cogita te Christum invisere, dicentem: Infirmus eram & visitastis me. Matth. 25. Ex visitatione hac saepe dependet aeterna salus infirmi: ex eius neglectu vero damnum mortis infelicitis irreparabile: quare libenter & diligenter visita; & sequentia observa. I. In promptu habe exempla, dicta Sanctorum, aliq; infirmis opportuna; nisi & librum spiritualem, aut precum, ex quo preces aut documenta depromas, vel infirmo legendum relinquant; deinde adsit effigies Crucifixi, nummisma indulgentiarum, reliquia Sanctorum, quae subinde veneranda vel osculanda porrigantur. II. Quo plures sunt quibus propria sanitas tua necessaria est ob curam animarum, ed majorem illius curam gere: hinc cavere

fati-

faciem ori decumbentis nimis propin-
 que admoveas, halitumve malignum at-
 trahas, & ne ager lecto aperto, calore
 venenato te inficiat; neque jejunos facile
 accedas, quin saltem quibusdam anti-
 dotis contra foetorem munitus sis, fene-
 stras aperiri aut ex granis juniperi suffi-
 tum excitari cures. III. Ad fama & ho-
 nori tuo consulendum non facile cum e-
 gris sequioris sexus, clausa janna, aut
 extra aliorum conspectum loquere; sed
 vel socium adhibe, qui videre te queat,
 vel saltem cura ne ostium clausum; aut
 locus obscurus sit; atque tunc colloquium
 non longius quam necesse sit, protrahere.
 IV. Aegrum aditurus Spiritus Sancti
 opem implora, uti & intercessionem
 Beatae Virginis, Sancti Angeli Custodi-
 dis tui & infirmi: quem, domum
 ingressus aqua lastrali asperge: infir-
 mum & adstantes humaniter saluta, que-
 stiones nonnullas de morbo prae-mitte; si
 patientem esse intelligas, infirmum lau-
 da, querelas vero patienter audi &c.
 V. Instrue infirmum ut officio suo faciat
 satis. Erga Deum per reconciliationem,
 resigna-

resigna-

resignationem fiduciam. Erga Christum
 per electionem in Magistrum, ac speculum
 patientie, in Consolatorem, Protectorem,
 Advocatum. Erga B. M. V. & sanctos Pa-
 tronos per invocationem & imitationem.
 Erga Medicum & Infirmarium per fidu-
 ciam, gratitudinem, obedientiam. Erga
 visitantes per edificationem, benevolentiam,
 gratitudinem. Erga seipsum, per tristitia
 & impatientia proscriptionem, resignatio-
 nem, meritorum augendorum curam, ten-
 tationum diabolicarum victoriam, in cru-
 cem & passionem Christi fiduciam renun-
 que sacrarum usum ad presidium & solati-
 um. VI. Si medi tibi suppetant cibo po-
 tu, aliisque solatiis corporalibus, pauperes
 refocilla, aut certe ab aliis. Eleemosynam
 procura, nec minus spiritualia solatia of-
 fer; ut sunt, sacrificia preces, variaque mo-
 tivapatientie. VII. Ne infirmus otio-
 sis & melancholicis cogitationibus obrua-
 tur; suaviter occupetur; cogitationibus
 de Passione Domini, variis precibus, offi-
 ciis, litanis, vel saltem suspiriis, lectio-
 nibus spiritualibus, suavibus, piis, sed dis-
 cretis & opportunis allocutionibus. In a-
 bitu

bitu su
 sacerdot
 asperge
 tur, an
 ter &
 confess
 Vndio
 ni, va
 promp
 trem
 stanti
 jugi, l
 dogra
 sensan
 ignosc
 quem
 comm
 bedie
 cem &
 suam
 nedic
 bus v
 Indu
 su &
 num
 effigi

bitu super infirmum ora, Benedictionem
sacerdotalem impertire, & aquâ lustrale
asperge. VIII. Si mortis periculum note-
tur, aut à Medico intelligatur, eo suavi-
ter & prudenter denunciato, infirmum ad
confessionem, Communionem & extremam
Unctionem dispone; contra tentationes mu-
ni, variosque actus virtutum ac preces in-
promptu habe. IX. Post susceptam ex-
tremam Unctionem Infirmus, si circum-
stantia patientur, valedicere poterit Con-
jugi, liberis, amicis & adstantibus: agen-
do gratias pro beneficiis & obsequiis: of-
fensarum veniam petendo, vicissimque
ignoscendo: proles conjugii commendando,
quemadmodum Christus Matri Joannem
commendavit: proles ad timorem Dei, o-
bedientiam Ecclesie, honorem Matris, pa-
cem & salutis curam hortando, animam
suam eorum precibus commendando, be-
nedictionem eis dando, ac denique omni-
bus valedicendo. X. Lucretur Infirmus
Indulgentias concessas Sodalibus nomen Je-
su & Mariæ in morte invocantibus aut
nummismata habentibus: ostende Crucifixi
effigiem, tanquam clypeum contra hostes,
&

Et stimulum patientie ac fiducia. Trade
 ceresum benedictum, quo ager protestetur
 se mori velle in fide Catholica, Et sperare
 lucem aternam per Christi merita, qui est
 lux vera: deniq; se esse paratum Et instru-
 ctum, instar Virginis prudentis lampade
 ardente oleo Charitatis, ad obviandum
 Sponso cœlesti. XI. Inchaante agone re-
 cita, Proficiscere anima Christiana, ali-
 âsque preces Et affectus, donec expiret
 moribundus. XII. Post mortem, ora sub-
 venite Sancti Dei &c. quæ habes in Bre-
 viario. Deinde mœstos Amicos consolare,
 eis vita brevitatem, mundi vanitatem,
 benè morientium felicitatem in memori-
 am revoca. Ad extremum ad orationes Et
 elemosynas pro defuncto offerendas horta-
 re, Et ipse Sacrificia ac preces promitte, etq;
 ad religiosè vivendum Et sanctè morien-
 dum excita. Hæc Et similia vide prolixè
 in instructione practica P. Lohner integro
 libro exposita.

H O R A III.

Vesperas & Completorium.

Canta vel recita, juxta praxin manè horæ
 quintæ præscriptam, subjunge lectionem libri spi-
 ritualis.

Lectio